1888. XII. 101.

Theatrum

2 flor

# THEATRUM MUNDI,

Bis ſecundo gemini CHRISTOPHORI Orbe

CONSPICUUM,

*Scenicas inter umbras*

Clariſſimum Eruditionis, & bellicæ magnanimitatis, ac Solertiæ Sidus CHRISTOPHORum COLUMBUM, Novi Orbis ad Occidentem, ſub FERDINANDO Hiſpaniarum Rege Inventorem,

Cum ſuæ Sapientiæ Corona,

jam verò

*Avitum Perilluſtris ac Magnifici DOMINI*

CHRISTOPHORI KONDRATOWICZ,

*Enſiferi, & Vice-Palatini Novogrodenſis,*

*MECÆNATIS AMPLISSIMI*

MUNDUM

Cum Sua GLORIA

REPRÆSENTANS,

*à Perilluſtri ac Magnifica Literaria Radiviliano Ducalis Neſviſienſis Athenæi Iuventute, pro Metagymnaſtica Studiorum Coronide*

Grato Spectatori

APERTUM.

*Anno CREATORIS Mundi, in Mundum Nati 1723.*

Pridie Kalendas Auguſti.

# In Avitum INSIGNE Perilluſtris KONDRATOWICIANÆ DOMUS.





I.

*Sarmaticos habuit quos Gens de KONRAD Achilles*
*Si nôſti, dices, Mars Pater ipſe Domûs.*
*Repræſentarent Gentis ſi ſæcla Camillos,*
*Tunc Bellona foret jure vocanda Parens.*
*Hc genu eſt Martis globus indicat armiger,* ORBIS.
*tirpe Deûm natam, quis neget inde Domum?*

II.

*Vnus Pellæo Iuveni non ſufficit Orbis,*
*KONDRATOVICIVS, Sarmatiæ ſatis eſt.*

DEDICA-

# DEDICATIO.

GRandesce Terrarum Orbis in eam Amphithea-
tri vastitatem, quæ magnitudinem KONDRATOWICIANI OR-
BIS capere queat. Dilata Tuæ orbitæ ambitum, ut amplissimam
MECÆNATIS valeas ambire Gloriam. Extra sphæram activita-
tis non exorbitabis, si ultimos Thules & Gangis promoveris tractus,
CHRISTOPHORIANUM enim est, ultra hos ultimos terminos, in-
terminabilem promovere Gloriam, extra limites ferri Mundi, ut illimitatæ virtuti
defigant stationem, KONDRATOWICIANUM est, extra Patrium ORBEM, quæ-
rere Orbem, quem Famâ Nominis adimpleant: COLUMBINÆ demum pernicitatis
felicitas, illuc Fortunæ Orbitâ secundante pertingere, quò Democritis somniando,
Macedonibus optando, pervenisse suffecit. Certè Proavito MECÆNATIS ORBI, Or-
bis non sufficit unus, date millenos, & meritorum Gloriâ adimplebit, supereritq; ea
Patriorum Decorum copia, quæ innumeris adimplendis sit suppar, ut de plenitudine
ejus infiniti etiam capiant universi adusq; satis. Date locum, & Orbem movebo,
in votis erat Archimedi certè Solis, Lunæ, Planetarum, Elementorumq; Orbes:
movere deberet, si quis parem locũ exhibendo KONDRATOWICIANO ORBI archi-
tectari moliretur. Pro Mirmidonibus Peripheriæ Amphitheatrorum Iulii, Pom-
peji, Aureliani, Augusti, in Vrbe Orbis Domina; at Gyganteam magnitudinem
superantibus, Orbes Cælestes & subsolani in unum redacti, haud suppar dabunt Thea-
trum. In eam enim succrevit Magnitudinem KONDRATOWICIANI ORBIS am-
plitudo; ut si supremæ Magnitudinis Siderum Orbes redigerentur in planum, per-
exiguam KONDRATOWICIANO Nomini instruerent Scenam: si Principes Orato-
rum fierent Actores, compari tamen Encomio haud celebrarent recteacta KONDRA-
TOWICIANÆ Domûs; actum namq; ageret, quisquis KONDRATOWICIORum
Acta, retroactis sæculis peracta, in actus disponere præsumeret, temeritatis non ef-
fugeret notam, si Priami & Hectoris KONDRATOWICIANÆ Familiæ Manes,
pacificè quiescere non sinens, è mortualibus umbris ad scenicas evocaret umbras; si
Hectoras & Agamemnonas, Achilles & Perseos in Iliadem contractos in nucleo o-
stentaret. Non omnibus scilicet Sol in radium còarctatus, nec Oceanus in guttam
arridet redactus, nec bellè, clariùs Sole diescẽtes antiquissimæ Domûs Honorii, Thea-
trali in Vmbria publicam lucem vident, ut plausum ferant. SULIS. AVIUMné
IWANOWICZ KONDRATOWICZ Archibiliarcham Boleslai Pudici, (a) sex
millium Ductoris sub Henrico Regium locum in castris obtinente ad Sendomiriam
Anno 1240. Archi-Patrem Domûs KONDRATOWICIANÆ, omni Majorem laude
producam in totius quamvis Orbis Theatrum? qui ultra terras victorioso procedens
passu, Macedonem victoriis superavit. Patrius SULISLAVIO Palæmonius ad glo-
riam non suffecit Orbis, promovit gradum in Poloniam, ut eodem conscenderet affi-
nem Poloniæ Polum, non fabulosam Herculeam in Cælo occupaturus consistentiam, sed
Athletarum Christianorum decertantium pro DEO, contra inferi portas, Ottoma-



(a) Cromerus de rebus gestis Polonorum, fol: 144. Anno 1240.

nicas Portas, Tartareasq; Tartarorum Phalanges. GEORGIUMne ad umbram sistam KONDRATOWICZ? qui Sigismundo Primo Invictissimo Poloniarum Regi in Conventu Radoszkoviensi, è propriis bonis cataphractæ armaturæ sex stitit Cohortes, ut Orientalium Draconum, Patrio Cælo infestos sisterent GEORGIANÆ virtute impetus. Dignus certè GEORGIUS Mundi Theatro, quòd pulchram Palæmonico Orbi dederit Ionathæ Scenam, expoliando se tunicâ, hæreditariis scilicet bonis Kondraćiszki, in Districtu Oszmianensi, in gratiam Gastoldi Palatini Vilnensis, cui arctiori amicitiæ nexu copulata erat anima GEORGII, quàm olim conglutinata anima Ionathæ, animæ Davidis. Stamine vitæ rupto GEORGII, non interrupit amicitiam MICHAEL KONDRATOWICZ, vestigiis Paternæ Liberalitatis insistens, eidem Palatino Sortem suam in Soleczniki consignavit, & recognovit in Traby, Palatinum ratus, atq; adeò KONDRATOVICIUM, Palatinos etiam posse ditare bonis, se verò Posterosq; suos illis dotare possessionibus, quas Victor Gladius hostili in terra hæreditâsset, scribens ex asse hæredes hostium profuso cruore. Iam Sole clarior illius effati veritas: Amicitia inter bonos oritur, inter optimos continuatur, morumq; constantiâ consummatur. Consummatæ amicitiæ dedit specimen SIMON JUREWICZ KONDRATOWICZ, qui eâ amicitiâ ab Adalberto Marcinowicz Gastoldo, pariter Palatino Vilnensi, sine proprii commodi lucro Achatæ, cultus, quæ non Danuki tantùm Bona dicta Simoni consignaret, verùm & Kondraćiszki redonaret, pulchro amoris inito certamine, ut rediret ad Dominum, quod fuit antè suum hæreditariô jure possessum, ad immortalitatem KONDRATOWICIANI Nominis conservandam. Evocabone ab arena Gradivi in Palladiam, Succollatorem Alcidam Sarmatici Atlantis Bathorei, GABRIELEM SYMONOWICZ KONDRATOWICZ Hæredem in Kondracijszki & Remezow? qui primus cum cataphracta Cohorte hostili fracto robore Polociam obsidione solvit, Pscoviam verò stratis pro vallo hostium cadaveribus obsedit, Moscuæ superbos perfregit ausus, atq; supplices BATHOREANÆ stitit Majestati. Bonus Nuntius GABRIEL, qui nonnisi solas victorias & triumphos, subjugatas Vrbes suo Principi STEPHANO annuntiare noverat, fortunatis novis aures & animum Sarmatiæ recreando: Huncne immortali æternitatis circulo insertum theatrali donabo Circo? Sat ille grande dedit spectaculum, Theatrum fortitudinis, vastam nactus Moschoviam. Non exponam ad oculum corde dignum Gratianum JOANNEM Filium GABRIELIS, centeculo oculatiorem Argo ad publica Patriæ commoda. Non exhibebo CHRISTOPHORUM JOANNIS Filium, Herculem Palæmonicum, pro Nemæis Leonibus Balthicos Leones cum ADOLPHO GUSTAVO edomantem. Non exstruam in PETRO CHRISTOPHORI Filio, petras ad nutum mobiles suorum Principum, sed crudescentes in duriores Marpesiis cautibus, ad quas allisi hostiles dissiliant conatus. Non depromã hunc Petrum, Avitum ORBEM peregrino inferentem orbi, ex Literarum Palæmonicarum Patria extra Patriam proficiscentem, Patrios tamen mores non dediscentem cum Orthodoxa Fide, peregrinos Soles in sui amorem accendentem, lustrantem Orbem, & illustrantem, relinquentem non tam Vrbes, quàm sui desideria, Lovanii sexennio habitantem, & omnium in cordibus fixum domicilium nanciscentem, peritiâ lingvarum instructum, & Tacitum ubi arcanum deposceret; planè Ephestionem sub rosa conservantem. Non inducam reducem â Ioanne Casimiro Rege, Thorunio, in Moscuam, ad Alexandrum Michayłowicz Magnum Ducem Moschoviæ Delegatum, eâ prudentiâ conficientem Legationem, quæ Cyneæ in rebus agendis superaret dexteritatem. Inducamnê per inductiones Scenicas VICTOREM populi, cunctorum devincientem animos, NICOLAUM GABRIELIS Filium? qui ingenii lumine Atticas serenavit noctes, Apollinem cum Musis è Pyrrhi gemma in animum felici transtulit Metaphorâ, animô prudens, consiliô promptus, judiciô summus, ore disertus, ornare maluit dignitates, quàm ornari; meruisse dignitates, summum honoris duxit attigisse fastigium. PETRUM NICOLAI Victoris populi Filium, Triumphatorem Tauricæ Lunæ ad Chocimum, Arabico pilo transverberatum, triumphalem Scenam adornantem. JOANNEM KONDRATOWICZ Pincernam Palatinatûs Vilnensis, Patriæ salutem, hostibus mortem propinantem, Leonem alterum in exercitu Leonis Sa-

pieha

*pieha Palatini Vilnensis, Supremi Exercituum Ducis, contra Moschos, Hungaros, Tartaros, repetitis decertantem præliis. Astris assertum indeficienti radiantem lumine in perpetuas æternitates,* NICOLAUM *Pocillatorem Vitebscensem, militari gloriæ incumbentem, victrices meritum Laureas, Laureolam quoq; cælibatûs præhendentem. Sit sub Rosa* SAMUEL KONDRATOWICZ, *Regens Cancellariæ M. D. Litv: in Coronatione Ioannis Casimiri, immarcescibilis Gloriæ insertus Coronæ, Cracoviæ. Non producam invictissimos* HIERONYMOS, & VLADISLAOS KONDRATOVICIOS, *Palæmonicos Scipiadas, planè duo fulmina belli:* PETRUM & SEBASTIANUM *infractæ virtutis Camillos.* RAPHAELEM & NICOLAUM *invictæ fortitudinis Decios.* THEODORUM, CHRISTOPHORUM, MATTHIAM, *Triumphatores Metellos, Cataphractarum Legionum Ductores.* STANISLAUM, *Laudis bellicæ Statorem.* ALEXANDRUM *supparem Macedoni.* HELIAM *igneum Heróém.* JOANNEM *Pocillatorem Smolenscensem.* THOMAM *Regii Cordis Gemmam.* CASIMIRUM *Ensiferum Novogrodensem.* STANISLAUM *Ensiferum Mozyrensem: & quotquot* KONDRATOVICIUS ORBIS *in Sago invictos Bellatores, in Toga fidos labantis Patriæ Portitores, in Areopagis juratos Themidi Aristides, in Comitiis Legis-Latores Lycurgos, ad Orbis admirationem ostentat, &, quod summus gloriæ apex, omnes Marte & arte potentes, singulos militari Sacramento obstrictos, universos Belli & Pacis Capita Orbi sustentando paria; hosné ego Theatrales vocabo ad umbras? quibus publica versari in luce, ipsa sors concessit nascendi. Lucina humiles cunas dum sternit aliis, sic eos tegit, ut nullam lucem, nisi primam videant, in splendores nullos; nisi Solis impingant:* KONDRATOWICIORUM *Domui eadem dies vitam & dignitatem offert, Fortuna fasciis permiscet Fasces, ut in ortu nascendi Honorum meridies accendatur. Domus Siderum planè Domus* KONDRATOWICIANA, *cum* CHRISTOPHORI COLUMBI *Orbe novo,* PERILLUSTRIS CHRISTOPHORI *Ensiferi, & Vice-Palatini Gentilitium Insigne, antiquissimus Orbis, ad umbras usq; devolveturnê Theatrales? cui suppar meritis Theatrum haud integer providebit Orbis. Verùm quia non inglorio squallere Mavortis pulvere* KONDRATOVICII *perhonorificum ducunt Heróes, etiam arenam Palladiam non recusabunt subire, Atticas non perhorrescent noctes, quæ Sudum immortalis Gloriæ suis accendunt Mecænatibus. Ignosces audaci Metaphoræ* MECÆNAS Munificentissime. *Si à longè petitis, alio scilicet ab Orbe Maximis Majoribus Tuis, etiam proximos Colligati Sangvinis splendores, concentratos in radium, transferet in Theatrum, Illustrissimam exhibitura Scenam. Diescent umbræ à Colligatorum Decorum splendoribus, Cimmerium exhibitionis illa inclarescet luce, quæ publicam lucem non reformidet, nec metuat judicium Poli, judiciumq; Soli, Te Vice-Palatino, Supremo Castrensium Iudiciorum Superarbitro Scenicæ faventa causæ: non ad ignes, sed in splendore Pro-avitorum Decorum Scenam exordiri placet. Æmulæ Solis* TROSKARUM Lunæ, *diem Saturni hodiernam, in diem transformabunt Solis, quibus Saturnia famulantur sæcula, & argentea sub Iove ætas, pedissequo ancillatur obsequio. Luna hæc Pro-avita præter nomen Lunæ, cætera Solis habens, in plenilunio meridiatur Gloriæ, nullum alium noscens decrescentem, nisi cùm innata demissio in cultum & venerationem, animos cunctorum conciliantem, decrescere svadet.* Carmina vel Cælo possunt deducere Lunam, *attestante Virgilio: jam nostra quid carmina valeant, quæ adusq; Theatrales umbras Pro-avitam* TROSKARUM *deduxêre Lunam, inferre liceat. Inclarescet Luminosissimi* IGNATII *dies, Studiorum Instauratoris, lumine* TROSCIANÆ *Cynthiæ, quæ [illegible] duo diescens splendore, nos Lucidos & Fulgentios reddet Actores, geminum* ORBEM, *Avitum scilicet* KONDRATOVICIANUM & TROSCIANUM, *non tam illustrantes, quàm lustrantes demississimo humilis facundiæ vestigio. Veri vestigia reddit Honoris Stemmatographa,* SANKIEWICIORUM, MIRSCIORUM, KIERSNOWICIORUM, ROGOWSCIORUM, PROTASSOWICIORUM SOLEA, *cui sublimia scandere Dignitatum Culmina, quotidianæ planè, solennes tamen ascensiones. Si Pegasi Solea fontem elicuit, neq; hæc non uberem Poëtis ac Oratoribus dicendi aperiet venam. Sat fluida & sublimis laudum materies Avita Solea nexu San-*



*gvinis*

*gvinis colligata Tibi* PERILLUSTRIS MECÆNAS, *non humili rependo gradu, illius vestigaret passus Eloquentia, at in hoc passu, promptiùs illis utpote Soleatis, inaccessa etiam attingere honorum Fastigia, quàm Oratoriis assequi pennis.* MIERZEJEWSCIORum, WOLSCIORum, MŁODECCIORum *Avitum suppar regendo Orbi* CAPUT, *prono capitum nostrorum adoratur cultu. Capitalem nostræ demissionis Caput hoc capiat censum, cui virtus dat, non census Honores. In fundamentis Quirinalis Orbis & Vrbis Dominæ Romæ Caput repertum, Capitolinæ dedit Arci lapidem angularem: jam verò inversa Roma obsequiosus amor, in gentilitio fundari exambit Capite, in quo Virtus, Honor, & Scientia, basilica habent Augustalia, ac ex verò Regiam Solis mille suffultam pro columnis Succollatoribus Patriæ* MIERZEJEWSCIIS, WOLSCIIS, MŁODECCIIS, *in* ORBE KONDRATOWICIANO *Capitolium Gloriæ erigentibus. Bonis Avibus,* POŁUBINSCIANIS *scilicet prævolantibus* Aquilis, *in Theatralem descendemus arenam, non super rotundas mensas debellaturi Alexandros, sed ab* ORBE KONDRATOWICIANO *infortuniorum profligaturi infensas Nomini Tuo & Honori Harpyjas. Stant bellatrices* Aquilæ, volucrumq; potens, & fulminis hæres POŁUBINSCIAnus *Ales, in Tuo* Perillustris ENSIFER ORBE, *& Solis Orbem vident:* Ingenti minax stat ore, & ignes efflat, ac rutilat jubam cervice jactans (b) KAMINSCIORUM Leo, belligeris æstibus ardens, (c) *& præliarem circum habet, in quo profundat,* Mavortis de pectore flammas: (d) Stat clarum militiæ togæq; decus, (e) WOŁODKOWICIORum, KRUKOWSCIORum *Triumphale* Labarum, *sub quibus militat Honor, & conjuratæ meritorum Legiones stipendia merent.* Triumphalem Clypeus defulgurat ignem (f) PIASECCIORum, *hujus* semper Clypei metuendus Gentibus Orbis, (g) qui Patriæ tegmen, murus, & arma fuit. (h) *Alibi reptant per Scuta pueri, at in Clypeata* PIASECCIANA *Domo bellaces eminent Viri, pares omnino Laconibus, quibus & infantilia cunabula, & mortuale feretrum præbet* Umbo *Mavortius,* aut in hoc, aut cum hoc, *ex arenario Bellonæ ludo remeantibus. Densantur pennigeræ* MENTYCCIORum Arundines, *quibus immetatæ Gloriæ meta, æternitatis Orbita. Vernant* KORSAKORum Lilia, KOMOROWSCIORum Rosæ, *non Lauro cessuræ:* WISOCCIORum *triumphalis* Arbor, *perpetuò frondis virescit Honore, Sidera celsa petens.* WOŁKORum Tigna *gradus ad Honores;* ILLINICIORum, ZUPKORum, FELKIERZABORum, *& aliorum sexcentorum Illustrissima Decora,* totum vulgata per Orbem stant documenta domûs, (Silius) *quæ Pro-avitum* KONDRATOWICIum *serenant* ORBEM, *etiam apricum dabunt Theatrali Scenæ, ut non in umbra, sed in Patria lucis Patritiorum Decorum exhibeatur. Et hic est non Scenicus, licèt actui nostro deserviens apparatus, à splendidissimis Decoribus Tuis, & Tui Colligati Sanguinis,* Perillustris ENSIFER, & Vice-PALATINE. *Hic est Ornatus, quo* THEATRUM MUNDI *Virtutibus scilicet Tuis, æquitate compari Iustinianis, bonitate æquali Trajanis, beneficiis non dissimili Titis, affabilitate Gratianis, munificentiâ æquali Vespasianis, magnanimitate Augustis, in Legationibus peractis Cyneæ, solertiâ, eloquiô affini Isocratico nectari, Plinianæ Atticæ Ambrosiæ; eruditione æquali Hortensiis, fortitudine suppari Alexandris, adornatur ad Orbis totius in Spectaculum alliciendos speculatores obtutus. Condecoratur Patrii Orbis lacertoso, ut benè vaticinamur, Succollatore futuro* PETRO, *tanti Parentis dignissimâ Progenie,* VATE *Athenæi Nesvisiensis, Paternorum grandi extituro compendio Decorum, qui congruis ætati suæ adornatus virtutum & eruditionis ornamentis, universorum animos in sui pertrahit admirationem. Crudescit Tuus* PETRUS *in Adamantem Cælos adamantem, lapidescit in Caucasum nulla emolliendum Campania, ad quem allisa frangatur inscitia & error Iuvenili cognatus ætati. Tuus* PETRUS *Petra, ex qua castalia flumina, jam lactis, jam flumina nectaris amne pleno funduntur; de* VATE *Tuo* PETRO *vaticinium implebitur Paulini Vatis: To*tus Prole Tua tecum lætabitur Orbis. *At* O PERILLUSTRIS MECÆNAS, (

*Vir,*

(b) Seneca in Hercul: (c) Seneca in Herc: Furent: (d) Ovidius.
(e) Martialis. (f) Ausonius. (g) Claud: (h) Theodulph: Ep: Aure

*Vir, non* ipso quem geris ORBE minor! (Ovidius) Partiri non potes Orbem, solus habere potes, (Lucanus) *Tua volubilem ad obsequia:* Toto pariter dotaberis Orbe (Statius) *à Columbo quondam subjugato, Tibi verò* CHRISTOPHORO *Viro sinè felle dedicato,* Jam venit ORBIS in Orbem, *Manilio attestante, dum novus Orbis antiquissimo Tuo* ORBE *consignatus prodit in Theatrum.* ORBEM ergo *Tuum,* & Te totus personet Orbis, (Theodulph:) Te cuncta loquatur tellus, (Claudianus) *Tua* Perillustris ENSIFER & Vice-PALATINE, implens gloria mundum, cantetur toto Nomen in Orbe Tuum. (Ovidius)

Ita precatur

# Tuo Nomini & Honori

Devinctissima Humaniorum Literarum Juventus, Ducalis Radiviliani Athenæi Societ: JESU.

# *DO WIELMOZNEY IEY-MOSCI PANI*
# MARYANNY z TROSKOW KONDRATOWICZOWEY MIECZNIKOWEY y PODWOJEDZI-NY NOWOGRODZKIEY.



Ze nákſztałt Swiátá Herbowne Xiężyce,
Dowodne tego Cyrkułu maſz lice.
Chceſz ná wierzch Krzyżá (jáko zwyczay) Sphery?
Maſz y ten w mieczu pátrz Lechá mániery.
Jednákże rzeczeſz, że w ſercu złożony,
Kiedy wpuł Herbu uyrzyſz położony.

ODÆ.

# ARGUMENTUM ACTUS.

DEfinat jam Monſtrorum Mater Africa, inter famoſa naturæ portenta, illuſtria ingeniorum jactare prodigia: Ubi ſuum Europæa Phœnicia Univerſo ad miraculum Genuenſem ſcientiarum proponit Phœnicem CHRISTOPHORUM COLUMBUM, Novi Orbis Inventorem. Is ob ſuam præſtantem eruditionem & magnanimitatem, Famâ Nominis celeberrimus, Mathematicæ & Aſtronomicæ ſcientiæ inſigni adjutus peritiâ, rarâ Prudentiâ, dexteritate & Fortitudine, novum Americæ Septemtrionalis invenit Orbem, eumq; ſæpius victor de Hoſte, felicibus armis Ferdinandi Hiſpaniarum Regis ſubjecit Imperio. Quare illum idem Ferdinandus Ducatu Beraguæ, nec non ſupremi Admiralii, ſeu Præfecti & Bellicarum Ductoris Claſſium, Titulo ac Poteſtate donavit, milleq; Honoribus inſignivit, ut jam vel ex ſolo CHRISTOPHORO, clarê Orbi pateat, quantam Prudentia, dexteritas & Eruditio, ſuis ſectatoribus gloriam pariat & honorem. Joannes Mariana de rebus Hiſpaniæ. Paulus Jovius in vitis Illuſtrium Virorum.

# PROLOGUS.

GEnii Europæ, Aſiæ, Africæ, & Americæ, ſuper occidentali lachrymantur Orbe, quòd ſolâ ſqualleat barbarie, nullam cum ſuis Provinciis (à quibus per mare, per terras non modico diſtat intervallo) habens combinationem: dumq; de eruderando & expoliendo illo conſultant, Genius CHRISTOPHORI COLUMBI, ad morem antiqui Atlantis, in ſui capitis vertice ex umbris ſubterraneis, Avitum KONDRATOVICIANÆ Domûs Pomum, genuinam Mundi Occidentalis figuram exportat, & in altum attollit. Tum ipſe ſub ejusdem Orbis pondere non leviter lapſus, iterum velociter aſſurgit, ſublimiùs Orbem erigens, futuræ rei ſeriem indicat, ſicq; gloriosè erectus, è ſuffragio Mundi partium, à Pallade laureâ & mitrâ, à Bellona verò Ducali Galeâ coronatur. KONDRATOVICIANI verò Nominis Inſigne, & inventi à COLUMBO Orbis occidentalis figura in ſublime ſublata, tum à Pallade & Bellona, tum à dictis partium Mundi Geniis, debito celebratur Elogio.

*GEniuſzowie czterech części świátá, nád zachodnim ubolewáiąc Swiátem, dla zárzucenia y grubych obyczáiow, gdy o popráwie y odmiánie onych narodow naradzaią ſię, Geniuſz Krzyſztofá Kolumba, ná podobieńſtwo Atláſa z podziemnych Antypodow Herbowny záſzczyt Swiát Wielmożnego* KONDRATOWICZOW*mu, ná bárkách ſwoich dźwigaiąc, y pod ſam Empir wynoſząc, gdy nieco od ciężaru upada, á powſtawſzy znowu on wyżey wynośi, dálſzych ewentow y ewolucyi máteryą remonſtruie. Tak wywyżſzony Swiát zgodnym wſzytkich części Geniuſzow konſenſem, Pallas laurem y Mitrą, Bellona przyłbicą koronuie. Wielmożnych zaś* KONDRATOWICZOW *Domu Kleynot Swiát, jako Pallas y Bellona, ták też y pomienieni części Swiátá Geniuſzowie, należytym Panegyrycznym ſtylem ſławią.*

# INTERLVDIVM.

## ACTUS PRIMUS.

*Scena 1ma.* Chriſtophorus Columbus poſt inventas, & proprio Marte ac Arte, Imperio Hiſpanico ſubjectas Occidentales Inſulas, cum Diegho Arana Duce, & primitiis felicis ſuæ navigationis, ſcilicet decem Lucaniis Juvenibus, aliisq; copioſis ſpoliis, mari redux ad Ferdinandum Hiſpaniæ Regem, dum in littore à compatriotis ſalutatoriis ſuſcipitur applauſibus, à Nymphis illud Lucretii lib: 4to ſibi accini audit: *Iam tibi pars Terræ, tibi ſe tota æquora debent.* Dum jacit oculos in proximam marino littori laurum, videt illam ſubitò areſcere, & iterum vivaciſſimè revireſcere. Dum levat in cælum pupillam, cernit Solem in Leonis (Menſis ſcilicet præſentis Auguſti præſidis) ſigno priùs erubeſcere, tum iterum amæniſſimè clareſcere, deniq; volantem per âëra pagellam, cui inſcriptum: *minor meritis gratia:* advertit. Tot portentoſis nonnihil territus præſagiis, & mox excuſſo mentis turbine in conſpectum Fredinandi Regis properat.

*Krzyſztof Kolumbus dźielnośćią Rycerſką y biegłośćią dowćipu znalazſzy nowe Inſuły na zachodźie, y podbiwſzy pod Hiſzpáńſkich Monarchow władzę, powracáiąc z tą nowiną do Ferdynándá weſpoł z Xiążęćiem Arana Wodzem ſwoim, á oraz ná dokument podbitych támecznych kráin, máiąc z ſobą dźieśięć Pácholąt, tákże też rożne doſtatki, gdy z okrętu wyśiada á z przyiaćiołmi y Ziomkámi ná brzegu ſię wita, ſłyſzy te Morſkich Nymph głoſy:*

*Część źiemi kárk ſwoy, pod twe ſtopy śćiele,*
*Neptun z ſwym Páńſtwem, toż ći świadczy śmiele.*

*Gdy rzući okiem ná bliſkie brzegom morſkim laurowe drzewo, dźiwna w nim upátruie odmiánę, w álternáćie źielenieiącey y wnet więdniejącey. Podnieśie oko ná Niebo, álić y tám widźi Słońce w znáku lwá już rumieńcem zafárbowáne, już wdźięczną jáſnośćią dnieiące, przy tym kártkę po powietrzu latáiącą z tym napiſem:* mnieyſza nád zasługi łáſká: *ták dźiwno-ſtráſznymi nieco ſtrwożony widokámi, ále wnet uſpokojony przed konſpekt ſpieſzy ſię Ferdynándá Krolá.*

*Scena 2da.* Columbus in conſpectu Ferdinandi conſtitutus, poſt debitam Principis adorationem, offert illi primitias ſuæ navigationis, nimirum decem illos ex Lucaniis Inſulis adoleſcentes, auri & canariæ dulcedinis non levem copiam, cæterasq; acquiſitarum recenter Inſularum raritates, refert quas Regiones invenerit, Hiſpanicæq; ſubjecerit Ditioni, & relatis mirificè Principis recreat animum, quare Ferdinandus, jubet grande apparari convivium, illo gratiſſimũ Hoſpitem excepturus, & tunc ejus merita, pro merito coronaturus.

*Stánąwſzy przed Konſpektem Ferdynándá Kolumbus, y winną oddawſzy Krolewſkiey Godnośći adoracyą, ofiáruje mu pierwiaſtki ſwoiey żeglugi, To ieſt dźieśiąćiu Młodźianow z Lukáńſkich Inſuł, we złoćie y cukrách niemáły doſtátek y innych rárytetách, z támtych Inſuł; przy tym czyni relácyą o Páńſtwách y wyſpách, ktore ználazł y podbił Hiſzpáńſkiemu Kroleſtwu, z ktorey relácyi wielce ućieſzony Monárchá rozkázuie ucztę wſpaniáłą gotowáć, ktoraby wdźięcznego Gośćiá mogł utraktowáć, y ... iey wielkie zaſługi jego ſłuſznie regálizowáć.*

*Scena 3tia.* Lojolides, Cantabrinus, Codrettus, & Codettus, Juvenes Filii Grandium Hiſpaniæ, loco ſuorum Parentum Regio aſſiſtentes ſolio, ægrô ferunt animô, tantis à Principe, honoribus cumulatum, & cumulandum Columbum, imò metuentes, ne etiam ſuis Genitoribus, ac illis ipſis præferatur, de modis eum gratiâ Principis exuendi conſultant. Supervenit Diegho Arana Dux Columbi, à quo diſcunt Columbum Principis titulum (propter Majorem

em ſcilicet Ferdinandi Regis honorem) in exteris Regionibus aſſumpſiſſe, nde calumniandi illum coram Ferdinando arripiunt occaſionem, Ducemq; Diegho inducunt, ut de hâc Columbi arrogantia Regem informet, teſteturq; um inventas & occupatas recenter Provincias, non Ferdinandi Imperio, d ſuo deſtinâſſe Dominio, hac ratione ſe in gratiam Regis inſinuaturus, & Honoribus Columbum victurus. Suſcipit minùs circumſpectè Conſilium uvenum veteranus miles Diegho, petitq; à Lojolida, ut ſe in Principis conſpectum comitari dignetur, quod & obtinet.

*Lojolides, Kantabrius, Kodrettus, y Kodettus, Senátorſcy Synowie Párlamentu Hiſzpáńſkiego, ná mieyſcu Rodźicow ſwoich Krolowi áſſyſtujący, zá wielką poczytá ą ſobie urázę Kolumbá nád innych preponę, y ták wielkie áffektá Krolewſkie: y eby góry nád Rodźicámi ich y nád niemi nie otrzymał, zmawiáią ſię jákimby ſpoſo em z ták wielkich áffektow Páńſkich wyzuć Kolumbá mogli; w tym nádchodźi Diegho Arána Wodz Kolumbá, od ktorego biorą informácyą, iż Kolumbus w tá necznych Krájách Xiążęciem ſię tytułował. Z kąd wźiąwſzy máteryą potwarzy, pácznie go do Ferdynándá donieść zmawiáią ſię, do czego y Dieghę wodzá nákła iáią, áby ich w wtym ſekundował, y Królá o wſzytkim uwiádomił, obiecuiąc mu ſobliwy reſpekt y áffekt Páńſki. Mniey báczny Veteran żołnierz Diegho, uwiedźiony dźiecinną perſwázyą, ná rádźie ich przeſtáie, Lojolidę záś proſi, áby z nim w Kompánii do Królá doſzedł, co y otrzymuie.*

*Scena 4ta.* Dum Lojolides cum Diegho in Regiam circa Leonis caveam properant, advertunt furibundum Leonem, ignes ex ore in eos ſpirare, tum pomo Regio ictum eisdem minari, quo ſpectaculo ſe à propoſito calumniandi Columbi terreri autumant, nec ultra progreſſi ad ſocios redeunt.

*Gdy Lojolides z Dieghem ná Páłác Krolewſki ſpieſzą ſię mimo lwiey klatki, poſtrzegáią zágniewánego lwá, ognie ná nich wywieráiącego, y jábłka Krolewſkiego rzuceniem grożącego, czym przeſtráſzeni potwarzy Kolumbowey wyrzekáią ſię, y dáley nie poſtępuiąc, do ſwoich ſię wracáią Kollegow.*

*Scena 5ta.* Lojolides & Diegho referunt ſociis ſuæ contra Columbum offenſionis recenter ſecum acta, verùm hi minùs dictis credentes, imò puſillanimitatem Lojolidæ & Diegho adſcribentes, in omnem caſum reſoluti, modò ſuæ ſatisfaciant invidiæ, ad Regiam & Regem audacter properant, ſed illis quoq; non vilipendendum ſe objecit præſagium, ſcilicet Columbus, cum laurea in ore per äëra volitans: quod videndo Cantabrius interpretatur agnominem columbi Columbum, lauream victoriæ de invidis reportaturum, conſequenter ab intento auſu, & invidorum ſocietate recedit. Codrettus verò & Codettus Emerici grandis Hiſpaniæ Filii, ſuæ coram Ferdinando, contrà Columbum facundiæ lauream promittentes, cæco ferè impetu in Regiam feruntur.

*Lojolides y Diegho relacyą czynią ſwoim Kompánom tranſákcyi nowey, lecz ći niedáiąc im wiáry, dźiecinność nádto przypiſuiąc, záślepieni nienawiśćią nieuſtráſzonym ſercem ná Páłác Krolewſki ſpieſzą ſię; lecz y tym godny uwagi nádárzył ſię widok, to ieſt gołąb laur w uśćiech trzymáiący y po powietrzu latáiący. Co widząc Kantabrius, á tłumácząc ſobie przez gołębiá Kolumbá, przez laur zwyćięſtwo nád zayzdroſnemi, od przewrotney odłącza ſię Kompánii. Kodrettus záś y Kodettus Emeryka Senátorá Hiſzpáńſkiego Synowie, ſpodźiewáiąc ſię nágrody zá wymowę ſwoię od Ferdynándá, prawie záślepieni biegą ná páłác Krolewſki.*

D *INTER-*

# *INTERLUDIUM.*

## CHORUS.

PAllas & Bellona pomum Regium, Avitum KONDRATOVICIAN Nominis Insigne, Genio Columbi offerunt, qui accepto hoc numinu dono, dum coronam quoq; ac sceptrum ab eisdem deabus præstolatu spineo ab iis serto coronatur, jam verò Corona KONDRATOVICIAN Nominis Genio & Avito cedit stemmati, idq; post monstratos Orbi septe Obeliscos, quos eædem Deæ magnorum olim in Sarmatia meritorum c hac Familia viris erexerant.

*PAllas y Bellona jabłko Krolewskie Herbowny Kleynot WW. I. PP. KONDRA-TOWICZOW Domu, Geniuszowi Kolumbá ofiáruia, ktory odebrawszy o Bogiń drogi prezent, gdy się jeszcze Korony y Berłá od onychże domaga, ćierniowyn go koronuja wieńcem, Koronę záś Geniuszowi WW. I. PP. KONDRATOWI-CZOW y Herbownemu konferuia zászczytowi, y to po remonstrácyi cáłemu Swia-tu, tego Domu pryncypálnieyszych Antenátow, ktorym śiedm obeliszkow wykon terfetowánych, też Boginie wystáwiły.*

## ACTUS SECUNDUS.

*Scena 1ma.* Codrettus & Codettus dum per vim in conclave Ferdinand intrare gestiunt, ab intimo cubiculario & liminis Regii Præfecto Losio, nor admittuntur in conspectum Principis; gravioribus negotiis intenti, unde ex candescentes, Regiam clamoribus implent, iisq; Regem excitant ac pertur-bant, qui solus è suo prodiens conclavi, tanquam criminis læsæ Majestati suæ reos, dictos Fratres incarcerari jubet. Sed hi supplicant Majestati, u antequam justo decreto satisfaciant, rem non levis momenti Regio deferre throno valeant. Permittit faventem aurem supplicantibus Princeps, auditq; facundè satis perorantia invida Fratrum contra Columbum eloquia, quibus ad offensam inductus, in præmium facundiæ & præsumptæ fidelitatis, pœ-nam, recenter perpetrati criminis, donat Codretto & Codetto, ac per eos Emericum Parentem delatorum, nec non alios Grandes Hispaniæ, quanto-cyùs ad Regiam acciri jubet, ut cum iis de objectis Columbo criminibus puniendis consilium formet.

*Gdy Kodrettus y Kodettus przez gwałt ćisną się do Krolewskiego pokoju, wier-ny Pokojowy Páński Lozyus niepuszcza onych. Z kąd uniesieni pássią, głośnieysza cholera sámego Krolá do siebie sprowadzáią, ktory przeciw powadze Májestátu grze-szących Bráći ná więźienie dekretuie, ále ći supplikuia Krolowi, áby nim się zá do-syć stánie Mándatowi jego, chćiał im łáskáwe dáć ucho, do pewnego interesu przeło-żenia. Zezwala ná prożby ich Monárchá, nákłánia uchá, y słyszy dość słodkopłynnie peroruiących Bráći przećiwko Kolumbowi. Rozjątrzony ich delácyą, w nagrodę wy-mowy y wiernośći, winę dáruje Kodrettowi y Kodettowi, y oraz rozkázuie záwołáć do siebie Oycá ich, y innych Senátorow Hizspáńskich, na znieśienie się z nimi z strony Kolumbá, y kary náznáczenie zá występki zárzucone.*

*Scena 2da.* Læti de successu machinationum Codrettus & Codettus, lau-ream in ore columbi visam, & suæ promissam facundiæ, hiscé suis successi-bus applicant, tum Patrem Emericum aliosq; Grandes Hispaniæ Domi suæ commorantes, ad Regem evocant, factâ priùs relatione, tum de gratiis Principis ergà Columbum, tum de iis, quæ de eodem coram Principe con-finxerunt, idq; ex metu, ne hic Alienigena, antiquissimis suis in Hispania Fa-

niliis palmam præripiat. Approbant grandem juvenum animum Grandes Hiſpaniæ, & in Regis properant conſpectum.

*Vweſeleni z ſzczęśliwego zdrad ſwoich ſukceſſu Kodrettus y Kodettus, laur w uściech gołębiá widźiány, á ſwoiey wymowie obiecány, ápplikuią temu powodzeniu. Oyca Emeryká y innych Hiſzpáńſkich Senátorow w Domu zábawiáiących ſię do Krola proſzą, wprzod im jednák uczyniwſzy relacyą o łáſkách Krolewſkich ku Kolumbowi, y o tym co ná niego zmyślili, z bojaźni, áby ten cudzoźiemiec nieprzodkował przed ſtárożytnemi Fámiliámi onych w Hiſzpanii. Komprobuią ten ich wſpániáły umyſł Senátorowie, y przed konſpekt ſpieſzáią ſię Krolewſki.*

*Scena 3tia.* Ferdinandus cum Grandibus & Aula Conſilium init, de puniendo faſtu Columbi, deciditur mittendus eſſe in exilium, interea Columbus ipſe in conſpectum Principis venit, & eum non leviter ſibi offenſum invenit, decretumq; exilii mœſtâ aure, ſed humili ſuſcipit corde, verùm antequam decreto ſatisfaciat, ſupplicat, ut liceat ſibi ſemotis arbitris bono Principi aliqua deferre. Annuit Rex, relegatâq; aſſiſtentiâ, audit Columbum exorantem ſuppliciter, ut impoſita ſibi crimina, congruis probationibus deducantur, delatores quæſtionibus examinentur, & ſi concordi aſſeveratione dicta ſua confirmaverint, decreta ſibi exilii infligatur pœna, ſin ſecùs talionem patiantur. Juſtis Columbi precibus inclinatus Ferdinandus, antequam illa, quæ exoravit perficiantur, monet, ne honeſtam refugiat cuſtodiam, ſub qua eum haberi demandat.

*Ferdynánd z Senátorámi y Dworem náradza ſię o ſkaraniu pychy Kolumbá, decyduią wſzyſcy ná wygnánie jego; A w tym Kolumbus ſtawa przed Krolem, y niepowoli zágniewánego widząc Páná, dekret przyimuie, niźli go záś wypełni, prośi Krolá, áby ſam ná ſam z nim ſię rozmowić chćiał: dość czyni żądzom jego Krol, oddaliwſzy tedy áſſiſtencyą, ſłyſzy Kolumbá proſzącego, áby włożone nań potwarzy, jáſnemi dowodámi dowiedźione były, oſkárżyćiele dobrze byli wyexáminowáni, á jeśliby ſię ták w ſámey rzeczy pokazáło, tedy ſię ná wſzelką kárę winnym być dekláruie. Słuſznemi Kolumbá rácyámi nákłoniony Ferdynánd, niźli do ſkutku przyprowádźi poſtulátá jego, upomina Kolumbá, áby ſię nie zbraniał Politycznego áreſztu, pod ktory go oddáje.*

*Scena 4ta.* Columbus Regio ſtipatus ſatellite, ſuam deplorat ſortem, illumq; Nympharum applauſum, *jam tibi pars terræ &c:* convenienter ad præſentem ſuum ſtatum ſic interpretatur: quòd ei pars terræ pro exilii ſcilicèt & urnæ loco, tota æquora in navigationem ſine reditu in Patriam, ex decreto offenſi Principis, debeantur. Lauri ſubitaneam ariditatem & virorem, item ſolis in Leone ruborem & claritatem, gratiis Principis ſibi præſtitis & promiſſis, ac iterum in offenſam mutatis, deniq; inſcriptionem illam: *minor metitis gratia:* huic ſuo poſt tanta merita applicat infortunio. Univerſa ex abſcondito obſervante Loſio, intimo Principis cubiculario.

*Kolumbus gronem żołnierzy otoczony, ubolewa nád niefortuną ſwoią, przypominiąc ſobie ow ápplauz Morſkich Nymph:* Część źiemi kark ſwoy &c: *ták go do ſwego nieſzczęśćia ápplikuie, iż część źiemi kark ſwoy pod ſtopy jego ſchyla, ná ktorey przyidźie mu leżeć. Neptun záś ſwym Páńſtwem toż czyni śmiele, iż wjechawſzy w jego Páńſtwo, więcey powrocić do Oyczyzny nie ma, ále zoſtáwáć ná wygnániu. Lauru y ſłońcá nagłą odmianę, łáſkom przyczyta Krolewſkim wprzod deklárowánym, teraz záś w gniew zámienionym. Napis ow,* mnieyſza nad zaſługi łáſká, *tákiemu ſwoiemu, po ták wielu zaſługách ápplikuie nieſzczęśćiu. Temu wſzytkiemu przyſłuchywa ſię potájemnie Lozyus Pokojowy Krolewſki.*

*Scena 5ta.* Loſius cum dolore defert Ferdinando acres Columbi lachrymas, quas recenter, cum innocentiæ ſuæ expreſſione ſuderat, & quas ipſe

Losius cum non levi cordolio spectaverat. Hac relatione motus bonu Princeps, demandat Fescennio aulicæ militiæ Præfecto, ut ex nunc Codettum ac Codrettum, vel saltem unum eorum ad quæstiones rapiat, & per hæc assertorum coram se de Columbo veritatem inquirat. Diegho verò Columbi Ducem per eundem Losium ad se vocari imperat, ut ab eo acta discat. Columbi penitiùs discat.

*Losius zdjęty kompássya, z żalem donosi Ferdynándowi, krwáwe łzy Columbá, ktore dopiero nád niewinnośćia swoia wylewał. Tá relácya wzruszony Krol, rozkázuje Fesceniuszowi, stárszemu nád żołnierzmi, áby záraz Kodettá y Kodrettá, lub ktorego z nich wźiał na tortury, y prawdy się dopytywał o Kolumbie. Diegho zaś Wodzá przez tegoż Lozyuszá każe wołac do siebie, aby się pytał o dźiełach Kolumbá w niedáwno przeszłey żegludze.*

# INTERLVDIVM.

## CHORUS.

GEnius Columbi spinis à Pallade & Bellona non ita pridem coronatus, & vel ex eo meliorem fortunam, extra maria, in Orbe altero quæsiturus, navem ingressus, in Oceano periculum naufragii passus, inter amœniores Nympharum cantus ad promontorium bonæ spei appellit, in quo Fortuna geminos, Gemino CHRISTOPHORO erexit colossos; Primum Perillustri ac Magnifico Domino Dño CHRISTOPHORO KONDRATOWICZ, Ensifero & Vice-Palatino Novogrodensi Mecœnati amplissimo, cum Colligatorum suæ Domui Familiarum, præcipuè TROSKARUM, ILLINICIORUM, ZUBKORUM, SANKIEVICIORUM, MIRSCIORUM, FELKIERZABORUM, SURYNORUM, MOGILNICCIORUM, KIERSNOWSCIORUM, WOLSCIORUM WOŁKORUM, METICCIORUM, PROTASEVICIORUM, PIASECCIORUM & sexcentorum aliorum Insignibus, & inscriptione: *Huc confluit omne Decus.* Alterum Christophoro Columbo, cum expressis in eo honorum Insignibus, & lauru, ac lemmate: *Eruditæ præmia frontis.* Ad hos itaq; Colossos, Genius Columbi, suæ navigationi designat: *non plus ultra.*

*GEniusz Kolumbá ćierniem od Pallady y Bellony niedawno ukoronowany, y dla tego lepszego szczęśćia na drugim świećie szukaiac, wśiada w okręt, y miedzy wdźięczną Nymph spiewaiacych melodyą, do portu dobrey nadźiei przybija, gdźie Fortuna oboygom KRZYSZTOFOM wystawiła kolossy. Pierwszy Wielmożnemu IMści P. KRZYSZTOFOWI KONDRATOWICZOWI, Miecznikowi y Podwojewodzemu Nowogrodzkiemu z Kolligowanemi z jego Domem Fámiliami, osobliwie TROSKOW, ILLINICZOW, ZVBKOW, SVRYNOW, FELKIERZĄBOW y innych zászczytami; y tym napisem:* Tu spływa wszelka ozdobá. *Drugi Krzysztofowi Kolumbowi, z odrysowanemi na nim znakami, Rycerskiemi, Honorow, y Laurem, z tym napisem:* Dowćipnego zapłatá czołá. *Przy tych tedy kolumnach Geniusz Kolumba terminalną podroży swoiey zakłada metę.*

# ACTUS TERTIUS.

*Scena 1ma.* Fescennius cum notabili fervore decretum Ferdinandi de Codretto & Codetto, ad corporales quæstiones designatis, nunciat eorum Patri Emerico, idq; in præsentia Filiorum. Graviter afflictus hoc novo Emeri-

Emericus, dum utrumq; Filium liberare geſtit, nihil evincit, tandem ex ore ipſius Feſcennii edoctus, decreto Principis ſatisfieri poſſe per unius tam ignominioſæ pœnæ paſſionem; mœſtiſſimam impetrat optionem, eligendi unum ex duobus. Dumq; illam auſpicatur, triſtiſſimis Filiorum exagitatus affectibus deliquium patitur, tandem ſe generoſo animo, quaſi pro Domûs & Familiæ honore, ad hoc cruciatuū genus reſolvit Codrettus, & alacri ad tormenta procedit animo.

*Feſcenniuſz znacznym zapaleniem Ferdynanda dekret na Kodretta y Kodetta ferowany, oznaymuje Oycu ich Emerykowi, y to przy bytnośći Synow. Cięſzko utrapiony tą nowiną Emericus, gdy obudwu razem chce ſalwować, nic wyjednać nie może. Atoli od Feſcenniuſza informowany Emeryk, że dość ſię ſtanie dekretowi Krolewſkiemu, by jeden na męki był wźięty. Więc daje mu na opcyą Feſcenniuſz, aby ktorego chce na wolność obierał: y gdy obierać Emeryk zaczyna, żałoſnemi Synow prawie zmęczony affektami, omdlewa. Po długiey koncertacyi Kodrettus z weſelem, żadzą honoru, y nienawiśćią ku Kolumbowi uwiedźiony, odważa ſię.*

*Scena 2da.* Conſtitutus in loco quæſtionum Codrettus, dum & Lictorem, & corporalium quæſtionum inſtrumenta in ſui torturam expedita videt, doloris & confuſionis timore correptus, antequam in rotam agatur, coram Feſcennio rem ex ovo fatetur, ſe ex invidia Columbum coram Principe calumniatum eſſe; itaq; Feſcennius relicto illo ſub cuſtodia, ad Regem properat, dicta Codretti relaturus.

*Stanawſzy na mieyſcu tortur Kodrettus, gdy y kata, y Inſtrumenta do męczenia uyrzał, żalem y konfuzyą zdjęty, niż go na koło wźiać miano, przed Feſcenniuſzem do wſzytkiego ſię przyznawa: iż z nienawiśći na Kolumba te wnioſł impoſtury. Feſcenniuſz zoſtawiwſzy Kodretta pod ſtrażą, do Krola ſpieſzy ſię, chcąc mu oznaymić o wſzytkim.*

*Scena 3tia.* Feſcennius refert Ferdinando, ſe ejus decreto ſatisfeciſſe, & antequam ad ultimam ejuſdem decreti executionem perventum fuiſſet, pœnarum timore Codrettum culpam ſuam confeſſum eſſe: quòd tanta contra Columbum cum Fratre confinxiſſet: itaq; Codrettum in conſpectu ſuo exnunc ſiſti jubet Ferdinandus, ut publicè dicta revocet, pœnamq; talionis ſubeat. Interim à Diegho Arana Duce laudes Columbi Rex grato audit animo. Adducitur Codrettus, dicta contra Columbum revocat, decretumq; Columbo exilii ſibi ſuoq; Fratri deſtinari audit. Deniq; Ferdinandus Convivium accelerari, ac ad illud Columbum, ut ei ſuum reſtituat honorem, per Grandes Hiſpaniæ invitari ac honorificè deduci imperat.

*Feſcenniuſz czyni relacyą Ferdynandowi, że dość uczynił dekretowi jego, á nim do oſtatniey onego przyſzło exekucyi, bojaźnią tortur przerażony Kodrettus do prawdy przyznał ſię, że niewinnie Kolumbuſa razem z Bratem potwarzał. Więc na tychmiaſt Kodretta przed konſpekt ſwoy każe ſtawić Ferdynandus, ażeby publicznie ujęta Kolumbowi ſławę przywrócił, y należytą ſobie za ten exceſs odnioſł karę. Sam zaś tym czaſem od Dieghona Wodza, ſłucha pochwał Kolumbowych. Prowadzą w tym Kodretta przed Pańſki Majeſtat, przed ktorym on rewokuje nieſłuſzne potwarzy na Kolumba włożone, za co też Krol obudwu Braći dekretuje na wygnanie na mieyſce Kolumba. Bankiet czym prędzey każe poſpieſzać Ferdynand, y na on Kolumba, aby mu ujęty honor przywrócił, przez ſwoy Parlament zapraſza.*

*Scena 4ta.* Grandes Hiſpaniæ cum Lojolida & Cantabrio, nec non Diegho Duce indolent ſuo ſangvini, in damnatis ad exilium Emerici Filiis. Lojolides, Cantabrius, & Diegho, gaudent ſe Leonis ignem ſpirantis, ac columbi laurum in ore geſtantis, ſpectaculis, à calumniando abſterritos Columbo, quem per eadem præſagia figuratum agnoſcunt. Deniq; omnes Co-

lumbum accedunt, & ad Regias invitant epulas, eidemq; triumphum de invidis Fratribus gratulantur. Magni Heros animi Columbus, ſuam Emerici Filiis donat injuriam, ac pro illis ad Ferdinandum intercedere promittit, ne decretam exilii poenam ſubire cogantur. Tandem ad Regiam cum viæ comitibus procedit.

*Senatorowie Hiſzpańſcy z Lojolida Kantabrya y Wodzem Diegho, ubolewaja nad krwia ſwoia w Emeryka Synach na wygnanie ſkazanych, oraz Lojolides Kantabryus y Diegho winſzuia ſobie, że Lwa płomienie wybuchaiacego, y gołębia laur w uściech noſzacego widokami, od kalumnii Kolumbowey ſa odwiedzieni, ktorego y Lew y gołab figurowali. Naoſtatek do Kolumba przyſtapiwſzy, onemu triumphu nad zayzdroſna Bracia winſzuia, y do Krolenſkiego zapraſzaia ſtołu. Kolumbus Emeryka Synom wſzelka daruie urazę, y inſtancyowac u Ferdynanda za niemi obiecuie, aby wolni byli od wygnania. Nakoniec z apparencya prowadza Kolumba do Krola.*

*Scena 5ta.* Suſcipit gratè Columbum Ferdinandus, primôq; illũ ad ſuam dexteram dignatur locô, pluribusq; aliis Regii affectûs teſtimoniis, nec non Ducatu Beraguæ, & Admiralii ſeu Bellicæ Claſſis Præfecti dignitate decorat, ad Regias epulas, feſtivô Epheborum ſaltu recreat, ac ad ejusdem interpoſitionem Codrettum & Codettum à deſtinata poena liberat: Columbo omnia ſua omina, hic feliciori eventu verificata agnoſcente. Idq; illum Nympharum cantum: *Iam tibi pars terræ, tibi ſe tota æquora debent:* ex mandato Ferdinandi choro etiamnum repetente, ſic interpretatur: quòd pars terræ in Ducatu Beraguæ, tota verò æquora in Supremi Admiralii titulis, ejus poteſtati cedant. Lauri verò ariditatem, & ſolis in Leone ruborem, ſuæ non ita pridem afflictioni, tum ejusdem lauri ſubitaneum & vivaciſſimum virorem, ac Phæbi Sereniſſimam claritatem, præſenti ſuæ fortunæ, & Regiarum gratiarum adſcribit cumulo. Jam verò ipſe Ferdinandus dignitatem Columbi extollens, Regiô fatetur ore, quòd minor meritis ei conferatur gratia.

*Przyimuje wdźięcznie Ferdynand Kolumba, naprzod go po prawey ręce nad wſzytkich innych Senatorow lokuje, przy Krolewſkim ſtole hoynie traktuiac ſztucznym dworu ſwojego tańcem rozweſela, na onegoż intercesſya uwalnia od wygnania Kodretta y Kodetta, gdźie też wſzytkie Prognoſtyki ſzczęśliwym ewentem, uznaje Kolumbus wyweryfikowane. A naprzod on applauz Nymph:* Część źiemi kark ſwoy pod twe ſtopy ściele &c: *to ieſt w Xięſtwie Beragui, wſzytkie zaś morza w nayvyżſzey kommendźie y mocy nad morſkiemi flotami. Lauru zwiędnienie, y ſłońca we lwie czerwonośc ſwoiey afflikcyi, tegoż ſłońca y lauru wdźięczna y prętka odmianę, teraźnieyſzey Fortunie y łaſce Krolewſkiey przypiſuje. Krol zaś Ferdynandus godnośc Kolumba wynoſząc; Krolewſkim zeznaje wyrokiem: że mnieyſza nad zaſługi odbiera łaſkę.*

# EPILOGUS.

Genius RADIVILIANO-Neſviſienſis Athenæi, Literariæ Juventuti, geminos præſentat Orbes: unum in manu Genii Familiæ KONDRATOVICIANÆ, qui illi promotrice virtute, ſapientiâ & fortitudine, in domeſtici ſtemmatis decus ceſſit. Alterum in manu Genii Columbi, Mundi occidentalis inventoris, Ducali mitrâ & clavâ, ob inſignem ſuam eruditionem & magnanimitatem decorati. Eandemq; Adoleſcentiam excitat ad ſolicitum virtutis & ſcientiarum Studium, quod ad ſummam gloriam & honores promovet. Deniq; *Perilluſtri Mecœnati* debitis exolutis gratiis, pro ejus Munificentia & præſentia, addicta Minervæ ingenia, promotione ad altiorũ Scholarum

larum

um de
Eme-
pro-
Regiam

lewaja
Kan-
gołębia
dźieni,
onemu
stołu.
ynanda
wadza

suam
ec non
deco-
m in-
lumbo
illum
man-
pars
titulis,
orem,
viva-
tunæ,
us di-
con-

ce nád
sztu-
gnáni a
uznáje
k swoy
aywyż-
ve lwie
, terá-
ść Ko-
łáskę.

ti, ge-
OVI-
mestici.
denta-
em &
citum
es pro
Muni-
Scho-
rum

c
N
dat
terr
ejus
ſu